

comburebatur castello ad aliud ejus-
 dem urbis castellum divinitus trans-
 ferretur, et similiter comburitur. Un-
 de Pisani cives totusq^{ue} Christianus
 exercitus nimis alacres effecti et Deo,
 et beatę Marię virginis laudes mag-
 nificas reddentes sua castella mu-
 ro novę urbis, quem nuperant,
 propinquiora faciunt, atque octa-
 vo Idus Februarii novam urbem
 praeliando capiunt, facta multa
 Saracenorum strage. Presumescentes
 igitur de Domini virtute sua castel-
 la domos frangendo, per urbem cap-
 tam magnificę urbi veteri, quę
 turribus et muris, et fossis erat
 circumdata, propinqua reddiderunt,
 et Manganis similiter ad urbem fac-
 tis vicinis, cum machinis, et totis vi-
 ribus urbem expugnare, et muros
 frangere fortiter exeperunt. Tandem
 autem factum est, ut conventus, et
 pacti consilia comitis Barcinonen-
 sis, et Saracenorum regis de Domi-
 ni inspiratione, et Pisanorum ar-
 chiepiscopi, et Romani legati eccle-
 sięque Pisanę canonicorum pro-
 bitate, atque prudentia dissiparen-

a/p t in loco ra 70

v. muris add. cod.

legit infra dicta fol. 62

(161)

y